



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 139. Novi tumultus in Genua; Galli inde ejecti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

spurium, qui ab ipsomet Calixto III. in-
 justus Regni usurpator denuntiatus erat, Sæcul. XV.
A.C. 1459.
 jus suum prosequeretur, cum id ipsum
 toties Patri suo Sedes Apostolica confir-
 masset. Ipse quoque Pius II. Ferdinandi
 jus controversum agnovit, cum in literis
 investituræ diserte hæc verba apponi vo-
 luerit: *salvo alterius jure*, quibus etiam
 aliis æquale saltem cum Ferdinando jus
 ad regnum competere, manifesto insinua-
 vit argumento. (*)

§. CXXXIX.

*Novi tumultus ad ejiciendos Gallos
 Genuæ suscitati.*

Interea Calabriæ Dux, cum unice recu-
 perando Neapolis Regno intentus es-
 set,

(*) *Aut Pium II. vindicare, utpote qui ipse
 ejusmodi objecta sæpius plene diluit, ut videre
 est apud Palatium in Pium II. num. 7. aut Con-
 tinuatorem nostrum velut summo Pontifici inju-
 stitiæ notas impingentem castigare, nunc est nec
 animus, neque consilium; eoquod, quæ protulit,
 non proprii sui cerebri partus sint, sed Spon-
 dani reflexio; hoc tamen illi vitio damus, quod,
 dum alienis verbis uti non dedignatur, studiose
 ea, quæ Pontificem excusant, omiserit. Consula-
 tur ipse Spondanus in Continuat. Baron. ad
 hunc annum num. 27. & 28.*

Sæcul. XV. set, factiones, quæ ante discessum suum
A.C. 1459. Genuæ penitus dissipatæ credebantur,
 acrius recuere, eo quod Optimatum
 nonnulli Gallorum regimen pertæsi eos e
 ditione sua ejicere statuerint. Ex his Pe-
 trus Fregosus, qui ipse in initis cum Caro-
 lo VII. pactis hanc Rempublicam Fran-
 corum imperio subjecerat, jam relicta
 urbe, ad quoddam sibi subjectum prædi-
 um secessit, ut ad maturanda consilia
 amplius nancisceretur otium. Rem quo-
 que clam cum Ferdinando Arragonio,
 atque Mediolanensium Duce contulit, si-
 bique denuo Fliscos conciliavit. Tandem
 vero conspiratione adornata, copias suas
 in aciem duxit, easque Genuensium
 urbi admovit, spe fretus, cives mox in
 seditionem erupturos. Ast ubi primos
 hosce conatus successus fefellit, secundo
 molimine urbem invasit, eo ipso tempo-
 ris puncto, quo Calabriae Dux classem
 suam urbi applicuit, Ferdinandi naves
 aggressurus: igitur repentino impetu ci-
 vitatem obruit, suosque milites scallarum
 ope immisit. Hæc fata præcesserant
 Sarnense proelium, & id quidem oppor-
 tuniori tempore factum; tunc enim ad-
 huc dum Calabriae Dux urbem infederat,
 qui ad primos seditionis rumores excita-
 tus, omnes aditus occupavit, hostem-
 que repulit: Fregosus vero in hoc præ-
 lio

lio occubuit. Nihilominus anno sequenti Sæcul. XV
 seditionis furor nova incrementa cepit. A.C. 1459.

§. CXL.

*Fezæ Rex ab Alcasariæ obsidione
 depulsus.*

Eo tempore Lusitaniæ Rex continuis
 belli tumultibus adversus Fezæ Re-
 gem involvebatur; hic enim denuo Al-
 casariam parvam aggredi meditabatur,
 sed urbis Præfectus comperto Fezani Re-
 gis consilio, e Lusitania subsidiarias evo-
 cavit copias, earumque auxilio Maurorum
 impetus tanta pertinacia ac animi robo-
 re elusit, ut hi obsidione jamjam in quin-
 quagesimum tertium diem incassum pro-
 tracta, maximo suorum damno pedem
 referre compellerentur. Eduardus de
 Menezes urbis Præfectus soluta obsidio-
 ne Ulyssiponem reversus, Regem de belli
 successu certiore reddidit, a quo etiam
 summis honoribus exceptus, Vianæ Co-
 mitatu auctus est, ut rei bene gestæ
 præmium reciperet.

*Vid. supr.
 §. LII.*

§. CXLI.

Res Castellæ Regni.

Fortuna, quæ Lusitaniæ Regis conati-
 bus adspiravit, minus propitia fuit
 Castellæ Regi, cum adversus infideles
 S s 4 bellum